

Q. K. 517, 13

73  
II n  
7733

X 200 2447

CARMINA GRATVLATORIA,

IN HONOREM IUVENIS,  
TAM PIETATIS ET MO-

RVM QVAM VIRTVTIS AC DOCTRINAE INTE-  
gritate præditi: GREGORII FLEISCHERI Gold-  
bergensis Silesij: cum ei insignia Magisterij, unâ cum  
alijs novem egregiè doctis adolescentibus: in in-  
clita Argentoratensium Academia, ab Erasmo Mar-  
bachio, S. S. Theologiæ Doctore, Deca-  
noq; spectabili, 3. id: Aprilis: decer-  
nerentur. Anno MDCCXIII.

SCRIPTA AB AMICIS.



ARGENTORATI,  
Excudebat Nicolaus VValdt.





# HONORI NOVO, MAGISTRI

Gregorij Fleischeri gratulatur.

Matthæus Heinerus Duthlöbiiensis:

Thuringus.

**A**gricolam ut nunquam magno sudore labores  
Sustinuisse piget, dum terram scindit aratro,  
Semina dum sterili cerealia mandat arenæ,  
inde uberes sperans maturo tempore messis

Fructus, & teneras segetes aspicere gaudens:

Sic non præteritos quoq; te tolerasse labores

Tædet, non curis macerasse & pectora sæpè.

Nam tua messis adest, ubi præmia digna capeßis:

Præmia, quæ meruit conatus laude probandus.

Insomnisq; tui hoc nunc iusta trophæa laboris

Ostendunt: Rectè, nunquam sua fecit arator

Frustra, pro meritis operum sed sensit honores.

Insuper assiduum Deus adiuvat, odit in eritem:

Gaudet opes idem sudanti vendere iustas.

Præmia messis habes decus ergo insigne, Magistri

Scilicet ut titulum referas, nomenq; reportes.

Dein signi satis est, digitum quod & aureus ambit

Annulus, Arcadicus cingit crinesq; Galerus.

Gratulor ergo tibi, simul & gratatur honori

Argyris ipsa, tibi quæ lusit carmina nostra.

Pergere teq; iubet, patriæ laus, atq; propinquis

Gloria, fama tuo patrueli, ciuibus & spes.

Namq; noua patriam sic laude & honore patronos,

Accumulare studes: quò nil acceptius ipsis,

Sedulò ut hoc facias denuò monet Argyris ipsa,

CARMEN



CARMEN GRATVLATORIVM, IN  
honorem M. Gregorij Fleischeri.

**Q** Vi fremitus vulgi, nostras interstrepit aures?  
Buccina quid summa turris ab arce crepat?  
Omnia cur strepitu resonant? quid denotat illud,  
Quod nostra plenis itur in vrbe vijs?  
An trux matronicum linquit Bellona fluentum,  
Francorumq; solum, Parisiosq; lares?  
Aut aliunde ruens ad nostrum forsitan Ellum  
Mars stipatus equis, inminet atq; viris?  
Absit & haud unquam redeant ea tempora nobis,  
Cum terro propius mœnia nostra stetit,  
Vastavitq; cohors vicinos Martia campos  
Ruricolamq; casas, nobiliumq; domos.  
Heu quod non audent facinus qui castra sequuntur  
Effrenes faciunt, quod modo cunq; libet.  
Sed cognosco diem, tempus coniecto sed ipsum,  
Quo capiunt iuvenes præmia larga decem.  
Præmia quæ virtus meruit doctrinaq; multa:  
Præmia quæ studium promeruitq; fides,  
Scilicet egregias didicisse fideliter artes  
Tollit humo obscuros & facit esse viros.  
Quos inter iuvenes cum sis & dulcis amice  
Gregori, ô animi, pars bene nota mei:  
Signa magisterij nec non tibi grata, DECANVS  
MARBACHIVS tribuat, doctor in arte sacra:  
Et triplicis sophiæ, proclamet ab arte magistrum  
Auctum te ingenuis, moribus, atq; pium.

A. ij



Ergo etiam meritò, tibi talem grator honorem,  
Hæcque tibi rudibus carmina cogo modis:  
Carmina cogo meum verum ut contester amorem,  
Quamvis non biberim, quæ vada Phocis habet:  
Quod restat, nitidi summum cœli invoco regem,  
Ut gradus hic tibi sit, commodus atque tuis.

*Jacobus Daniel Starck Mulhusinus Thuringus*

Amicitia gratia F.

A L I V D.

**Q**VIS FLEISCHERE tibi peregrinas visere terras  
Suasit? & Alfatios adprocul ire locos?  
Quis tibi tam longas patrios relinquendo penates:  
Suasit, & intritas continuare vias?  
Auratos montes quis suasit relinquere quondam?  
Nomina ceu patriæ qui imposuere tuæ:  
Cur relinquens aurum sequeris tu argentea dona?  
Aut illud, cur hoc, vilius esse putas?  
Quæ tandem fuerat tibi causa videre remotas  
Oras Alfatia: terga tuisque dare?  
Cum tamen, in studijs, quos posses carpere, fructus  
Goldbergi tibi sint, in patrioque solo.  
Namque tua doctæ versantur in urbe Camœnæ:  
Quæ studium veræ religionis amant.  
Floret adhuc virtute sua Trozdorphius olim  
Gloria qui vestra fama caputque scholæ.  
Estque tibi in Goldberg V Veismañorū Gen<sup>o</sup> aplū:  
Dulcis amicitia est ortus & unde tibi,  
Viuere



Vivere quos inter uel maxime, vota facesses,  
Hoc tibi nam posset dulcius esse nihil.  
Non tamē hoc voluit, stimulis ast urfit honestis,  
Virtus: teq; alios iussit adire locos.  
Scilicet ut magnos posses tolerare labores;  
Hinc gracilem q; pati, discere, pauperiem:  
Atq; tot ærumnas simul hinc perferre molestas:  
Iuncta q; sudori mille pericla simul:  
Atq; adeo angustos Parnassi scandere gressus:  
Laude q; cum magna doctus abire domum.  
En, tua quæ meruit virtus, compensat Apollo:  
Qui tua iam fiant nomina sculpta iubet  
Auro: & Cyrrhaâ circumdat tempora mitra:  
Virtutisq; facem, te ante micare facit,  
Gratulor ergo novos titulos: tibi grator honores:  
Et precor ut crescant lausq; decusq; tuum.  
Ellus enim tribuit tibi nomina clara magistri,  
Quis poteris multis clarior esse modis.  
Cum q; habeas nomen meritum, ne desine cursum  
Perficere: & captas impiger ire uias.  
Sic poteris multos doctos numerare propinquos  
Et claræ claros integritatis auos.  
Sic patruiq; tui vita virtute munita,  
Tu poteris vitam condecorare tuam.  
Qui multos pietate viros præcellit & arte:  
Dum pius & doctus dogmata sacra colat.  
Christus ut hunc imiteris ad omnia faxit Ihesus:  
Æmulus ac maneat, tempus in omne, Vale.

*Sebastianus Friderici Angermundensis Marchiacus. A. E. F.*



A L I V D.

**N**unc pia GREGORI, supero dat uota parenti  
 Nunc Fleischere tuo gaudia corde fove,  
 Præmia namq; refers diuturni larga laboris:  
 Atq; novos titulos: quos THEMIS alma sacrat,  
 Non igitur pigeat, tantos tolerasse labores:  
 Fortiter inq; hostes belligerasse tuos.  
 Res quoniam finem tandem est sortita secundum:  
 Actua in optato littore nauis agit,  
 Hinc merito digitis præstans aptatur & auro  
 Annulus: hinc ornat pulchra tiara caput.  
 Adde quod & titulos tales adeptus honorum,  
 Tu quibus, & patriæ, complacuisse potes:  
 Germanisq; tuis, exoptato et patrueli:  
 Quem cœli dudum nouit uterq; polus.  
 Hinc liquet ingentes tandem exantlasse labores  
 Quid iuuet: & Clarias excoluisse Deas,  
 Scilicet ex studijs, semper durabile nomen,  
 Quæritur, atq; viret quod sine fine decus,  
 Nam velut in summo Parnassi vertice laurus  
 Floret, nec duris frangitur illa malis:  
 Sic quoq; Musarum stat splendida fama decusq;  
 Et finem interitus nescit habere sui.  
 Gratulor ergo tibi tantos de pectore honores,  
 Comprecor & vitæ fata serena tuæ.  
 Quod superest, faxit magni fabricator Olympi:  
 Hos tibi qui titulos, donaq; tanta dedit:

Semper



Semper in hoc totis incumbas viribus vnum:  
In laudem referas nominis illa sui.  
Atq; bonum commune iuves, patriæq; salutem:  
Gloria quæ surgit non morituta, VALE.

*Philippus Pistorius, Laubacensis VVeteranius  
Solmeius.*

A L I V D.

**E**T mea deducto, studijs exculte Gregori  
Carmine grataritenuis mea Musa laborat,  
Illud amicitia, & multis convictibus usus  
Iniungit, cantem ut grato tua carmine facta.  
Cum primum à pueris dignos te concipis ortus,  
Dexter Apollo suo te donat munere lætum,  
Te tenet, & comes est, cursu quocunq; moueris,  
Atq; ait exoptata meæ quoq; gloria gentis,  
In partem nostræ similis venture cohortis.  
Illi felices qui te genuere parentes:  
Non illis adeo constabit gloria parvi  
Quam parit ingenium summum tibi, claraq; virtus.  
Nobilitata tuis studijs, hos addit honores.  
Divitiæ profunt quid: parvi temporis illæ  
Sunt, at virtutis spectatæ præmia summa  
Non, veniens ortu nitidis aurora capillis  
Interitura, cadens non Hesperus ipse videbit.  
I decus optatum: ¡ patrij splendoris imago,  
Macte tua virtute, tuo quæ parta labore es:

Sic.



94  
T  
7733

Sic FLEISCHERE tibi laudatæ nomina famæ  
Adiunges, nullis intermoritura diebus.  
Aggredere ergò tibi præsens quos tempus honores  
Addit: & hunc fausto titulum precor omine ducas,  
Carmina & hæc placida mea suscipe mente, Valeq̃.

Benevolentia ergò F. Stephanus Schötter  
Candellensis.

A L I V D.

Nomine recq̃ vigil studiosus & esse Magister  
Visus es, ingenij præmia tanta ferens:  
Perge: bonis inliste vñs: licet esse nouerca  
Sors velit ipsa: Deo præside victor eris.


P. D. Colm.

F I N I S.



M





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black




GRATVLATORIA.

REM IUVENIS,  
TATIS ET MO-

VTIS AC DOCTRINAE INTE-  
GORII FLEISCHERI Gold-  
ei insignia Magisterij, unā cum  
doctis adolescentibus: in incly-  
n Academia, ab Erasmo Mar-  
Theologiae Doctore, Deca-  
li, 3. id: Aprilis: decer-  
Anno MDCCXXXIII.

TA AB AMICIS.



NTORATI,  
Nicolaus VValdt.



X 200 2447